Fragmentarium

legale ſacerdotium tacitus cerimoniarum ſuarum
typis. quaſi mutis litterarum figuris zacharias
eidem gratie naſcenti teſtimonium perhibet. Quia ni
chil prorſus nominibus ſacerdotii ueteris obſeruatio
nibus actum. ut dictum eſſe credendum eſt. quod non
euangelii gratiam ſiccitate intellegatur expreſſerit. Quod autem
declarato poſtmodum et confirmato nomine iohannis.
Apertum eſt os zacharie et loquebatur benedicens dominum
Patet utique quia manifeſtata per apoſtolos gratia noui teſtamenti.
Multa etiam turba ſacerdotum obediebat fidei. Relictaque
taciturnitate nocitura [illegible]
predicanda ſui dona redemptoris. [illegible]
tebat. Et quidem in die circumciſionis iohannis quando
et nomen accepit. Factus eſt timor ſuper omnes uicinos
eorum. et ſuper omnia montana iudee diuulgabantur omnia
uerba hec. Porro in tempore dominice reſurrectionis ubi
miſſo deſuper ſpiritu. gratia nominis eius. per apoſtolos mundo
innotuit. Timor continuus ſaluberrimus. non ſolum
iudeorum qui erant ui[illegible] ut ſitu uidelicet loci. ut ſci
entia legis. ſed exterarum uſque ad fines terre gentium
corda concuſſit. Nec tantum montana iudee cuncta
uerum etiam omnia mundana regni. mundana ſapi
entie culmina uirtutis eius fama tranſcendit. Ita ut
relicta ubique cultura. ac uita priori. ad percipienda
fidei illius ſacramenta confluerent. Recte et enim circum
ciſio dominice reſurrectionis ymaginem prefert. Quia
et hec octaua die eſt. hoc eſt poſt ſabbatum facta eſt
[illegible] mortis abſoluere ſol[illegible]

hibuit. fecit redemptionem plebis ſue qui nos uenum
datos ſub peccato. et antiqui hoſtis ſeruitio addic
tos. dato ſui ſanguinis pretio liberauit. Unde benigne
nos hortatur apoſtolus dicens. Empti enim eſtis pretio magno.
glorificate et portate deum in corpore ueſtro. Plebi autem ſue
dicit. non utique quam ueniens plebem ſuam repperit.
ſed quam uiſitando et redimendo ſuam fecit. Uultis
et enim audire fratres mei qualem inuenerit eam. qualem
reddiderit. finis cantici huius quod ob notitiam ſimul
et perplexitate ſui totum carptim uoluimus recenſere et expla
nare longum duximus aperte denuntiat dicens.
Uiſitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris
et umbra mortis ſedent. ad dirigendos pedes noſtros
in uiam pacis. Inuenit ergo nos ſedentes in tenebris et
in umbra mortis. hoc eſt peccatorum et ignorantie ceci
tate depreſſos. atque hoſtis antiqui fraude deceptos.
obſeſſoſque erroribus. ipſe et enim recte mors et mendaci
um. Sicut et contra dominus ueritas uocatur et uita.
Attulit autem nobis ueram cognitionis ſue lucem exclu
ſiſque errorum tenebris. certum nobis iter patrie cele
ſtis aperuit. Direxit greſſus operum noſtrorum quatenus per
uiam ueritatis quam monſtrauit incedere. atque ad
manſionem perpetue pacis poſſimus intrare quam promi
ſit. hec ergo dona fratres karissimi ſuperne bonitatis hec et
noſtrorum donorum promiſſa hab[illegible]s. benedicamus et nos
dominum in omni tempore quia ui[illegible] et fecit redemptionem
plebis ſue. Semper laus eius in ore noſtro uerſetur. ſemper
[illegible]

BIBLIOTECA

License: cc-by – Gubbio, Biblioteca comunale Sperelliana, III 21F 20, pars1 – Homiliary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-d7ui/5026/48344)